


Werner von Harthausen

De. 94.

m.






2.  
DE 41.  
PAULO V.  
PERDITIONIS  
FILIO

BARTHOL.  
BORGHESIVM  
FILIVM SVVM  
PERDENTE.



M. DC. XVII.



PAULI  
HERDITARIUS  
BARTHOLOM  
BOGHEMIVM  
TERTIVM  
PENSIVM  
M. DC. XII.

H  
F



DE  
PAULO V.  
PERDITIONIS  
FILIO BARTH.  
BORCHESIIUM FI-  
lium suum perdente.

I.



Uam bene Papa gerit inunus Reſtoris O-  
lympi

Papa nobis terra filius atq; Deus?

Ille ſuum in terras natum demisit Olympo,

Noſtra piaturum crimina morte ſua:

Iſte ſuum ad Gallos Romana mittit ab

Ut patris inceſti crimina morte luat (urbe)

Haud aliter nobis data trino à Numine vita eſt:

Servata haud aliter trina Corona Papa.

Servatorem hominum Cœli fas gignere Regi;

Gignere qui ſervet fas tibi, Paule, Deos.

II.

Quod nec in Hyrcanis tigres fecere latebris,

Nec facere eſt Lybico viſa leena ſpecu;

Romulidum proſtans lupa olenti in fornice, penſi

Nil habuit, catulos auſa necare ſuos:

Dumq; cruentato laniat ſua viſcera rictu,

Sola tamen ſancta nomine Matris orat.

III.

Ut magna Matris myſtam te, Paule, probares

Cui, niſi ſit Gallus, nemo litare poteſt.

A 2

A Gal-

A Gallis tua membra uri, tua viscera stringi  
Passus es, inq. rogo, proh dolor, inq. cruce.  
Siccine Paule probas te semivirumne virumne?  
Semiferum hac potius te feritate doces.

IV.

Caprina gravidas feriebant pelle Luperci  
Dum facilem his partum conciliare student.  
Paule Lupercorum summus qui Præsul haberis,  
Fœtum andes fracta fauce cremare tuum.  
Quod vincunt pietate lupi, studioq. Luperci,  
Huic monstro, ô tellus, ima debisce satis.

V.

Ne Medea quidem populo inspectante trucidat  
Natos, si verum est, quod Venusinus ait.  
Mactanti Paulo natum ampla Lutetia scenam  
Præbuit, & cœnam filius ipse Patri.  
O patrate Pater, quam dignus conjuge Progne es  
Mensa tuum ut videat pontificalis Ityn?

VI.

Qui te Paule patrem negat, huic pyra structa; vicissim  
Structa pyra est, qui te dixerit esse patrem.  
Sic nobis hic Cacus, flammis quas ructat ab antro  
Montis Aventini, perdere cuncta parat.  
Exoriare aliquis tandem Hussi ex ossibus ultor,  
Qui fœda Herculeo robore monstra domet.  
Quin jam fata urgent, bustoq. ex Anseris usti  
Prosluit flammis haud superandus Olor.  
Hic Cacum cantu velut anguem rumpere adortus  
Victor obat. Cygnus dum canit, ille cadit.

VII.

Judæum fore quisquis Antichristum  
Credis Pontifici istud asserenti,

Ipsum





*Ipsum Pontificem nisi Antichristum,  
Mavis credere, crede saltem Apellam  
Judaum esse, suos crepante flamma,  
Qui natos cremat, inq; valle Thophet  
Molocho litat, impius Luperus.*

VIII.

*Ἀρχιερεὺς, μάλλον ἢ πυρεὺς, πυρὶ ὤλεσεν υἱόν,  
Τὸς ἀπωλείας σέρξιν ἔχθ' πυρίνῳ.*

IX.

*Tros pius è flammis patrem eripit, at sua Cyclops  
Impius, in flammis pignora, Papa, jactit.*

X.

*Haecenus audisti diuūq; hominumq; Creator  
Paule, dehinc, ufta prole, Cremator eris.*

XI.

*Imperium fratris quaesitum cede Quirino,  
Jam stabilit nati sanguine Papa sibi.*

XII.

*Pergin? Paule, cremans natos pater Orbis haberi?  
Aetnaus potius tu mihi frater eris.*

XIII.

*Vera Papae est soboles Borghesius, igne probatus.  
Sic sobolem esse suam Sol Phaetonta probat.*

XIV.

*Aut tibi Saturnus pater est, aut Phæbus Apollo  
Borghesi; natos torret hic, ille vorat.*

XV.

*Quem genuit natum Veneris qui maclat ad ayam,  
Hunc ego nolo Papam dicere, malo Popam.*

A 3

Maluit



XVI.

Maluit Herodis porcus quam filius esse,  
 Imposuit durum qui tibi, Roma, jugum,  
 Si foret hoc Pauli Caesar dilatus in ævum,  
 Mula Papæ is mallet, quam satus esse Papæ.

XVII.

Borghesium esse tuam sobolem sanctissime Præsul  
 Quando Paule negas immeritumq; cremas,  
 Hactenus à reliquis sedes neglecta (probatum  
 Qua Papam) fuerit jam repetenda tibi;  
 Ne forte imprudens meretrices Roma, (quod ante  
 Factum est) impurus basiet ore pedes.

XVIII.

BORGHESIUS LOQUITUR.

Mater erat scortum, genitor Pæpa, patria Roma,  
 Sub cruce mi struxit Francica terra rogam.  
 Me miserum! pereo jussu patris. haut ita Paulus  
 Tertius, haud triplicis perfidia columen  
 Sextus. Alexander gnatos dilexit uterq;  
 Et voluit magnis urbibus esse duces,  
 Quamvis infames vitijs: ego nil merui unquam,  
 Supplicio ut tali culpa pianda foret.  
 Scilicet ut forsant tibi magna Lutetia fatum est  
 Polluere injusta teq; tuosq; nece.

XIX.

BURGHESIUS LOQUITUR.

Μητέρα σου ἔγνω τίς ἐμοὶ πέλε, τῆς γονῆς  
 Ἐλλαχον, ὡς Γαλαῖας γνώριμον, ὡμοπάτης,  
 καὶ



Καὶ γὰρ ἐμὲ μόνον κακὸς υἱὸν ἀπέπειτα μύσης  
Ρωμαίων Παῦλ' ὅ τ' ὄνομα πέμπτος ἔων,  
Ἀλλὰ καὶ ἀγχιθῆναι βροχῶ ἤθελεν ἄγριον, ἠδὲ  
καίεσθαι μαλερῶ τῷ πυρὶ σῶμα νεκρῶν.  
Παῦλε κακῶς ἔσσι χριστῶ οἷεσιν, ὅπως  
τοῖ' ἔση πιμην οἷ' ἐμ' ἠὲ πατήρ.

XX.

Παῦλ' ὁ ἀρχιερεὺς Ῥωμαίων πέμπτος ἐν ἄσφ  
Ως δοκῆ ἀγνὸς ἔμεν κυπριδίων ὀάρων  
Παῖδά οἱ ἐκ πόρνης λυνηθέντ' ἤθελ' ὀλέσθαι  
(φεῦ πατρὸς ἀστέρως) τῷ βροχῶ ἠδὲ πυρὶ.  
*Præsul Romana Paulus modo Quintus in urbe  
A Venere ut purum se probet esse marem:  
E scorto gnatum sibi natum, oblitus amoris  
Innati, laqueo strangulat, igne cremat.*

XXI.

Ἐκτὸνον Ἀλκμαίωντ' καὶ Ὀρέσης μητέρας, ἀλλὰ  
Υἱέας Ἡρώδης Αὐσονίους Παπῆς.

XXII.

*Qui proprium gnatum laqueo flammaq; peremit,  
Cui deinceps homini parcere velle putas?*

XXIII.

*Hunc tu suspensum crudeliter igne cremasti  
Paule, suum qui te dixerat esse patrem:  
Quid, queso, faceres illi, mitissime, qui te  
Inter oves Christi diceret esse lupum?*

XXIV.

*Vel verum dixit, vel falsum, Paule, parentem  
Borghesius qui te dixerat esse suum:*

*Si verum: non ille nocens, sed tu reus, ausus  
Illicite Veneris sponte patrare nefas:  
Sin falsum: laqueo mendacia plectere & igne,  
Dicta tibi gravis est poena tuoq; gregi:  
Dogmasi completis qui tot mendacibus orbem,  
Oppida quot scortis totius Italia.*

XXV.

*Inter Pontifices sceleratos, Paule, quis ingens  
Sedis Apostolica te neget esse decus?  
Scortabare olim, sed nunc etate senili  
In gnatum sedis, heu truculente, tuum.  
Non satis est laqueo guttur fregisse miselli,  
Ex animi flammis membra cremare jubes.  
Si pater in subolem crudelis es, eja age praesul,  
Supplicis hostis qualis in hoste fores?*

XXVI.

*Flagitium sanè scortis consuescere magnum est,  
Etsi Romulidum nequiter aula negat:  
Sed majus scelus est susceptam tollere prolem.  
(In canos feritas non cadit ista lupos).  
Pontificis gnato, mandatu patris, ut ajunt,  
Contra fas laqueo fracta recente gula est,  
Flammisq; absumptum corpus crepitantibus: atqui  
Dignus erat genitor vel tribus ipse rogis.*

XXVII.

*Dejine mirari, exhalet cur flamma Mephitin.  
Igne jacent isto viscera Pontificis.*

XXVIII.

*Conceptum furtim me ab humo crux publica tollit,  
Huic ego, non Papæ (jam scio) natus eram.*

Ster-



XXIX.

*Stercorea jam sede sedens per numina jurat  
Femineam nunquam se tetigisse cutim,  
Maximus ille pater Paulus, miracula patrans,  
Non parcit proprio filio, at igne necat.*

XXX.

*Urbs maris Adriaci domina & simul orbis ocellus  
Virgo fuit clara laude pudicitiae.  
Verum hanc Romanum voluit corrumpere scortum,  
Liber aq. externo subdere colla jugo.  
Ab frustra. nam virgo manet, sed prostibulum illud,  
Mille licet gnatos tolleret igne suos.*

XXXI.

*Igneus est flamen Jovialis in urbe Quirini,  
Ejus ut in Venetos fulmina jacta docent.  
Illa quidem in ventos. Iterum arripit igneus ignes,  
Atque urit gnati viscera sacra sui.*

XXXII.

*Qui se solemni titulo patrem esse parentum,  
Prædicat, an gnatis ille carere potest?*

XXXIII.

*Impurus sponse qui infando crimine Christi  
Et matri incestus vim facit ipse sue,  
Cum negat hic gnatum, media quem cudit in urbe,  
Ori tam spurco credere quis poterit?*

XXXIV.

*Virgineos simulat meretrix Babylonica vultus?  
Corpore sed nulla est mica pudicitiae.*

XXXV.

*Pontificis magna est Pauli omnipotentia: quid ni?  
Quem fecit gnatum, non facit esse suum.*

A 5

Cuinam



XXXVI.

Quinam Paule bono, juvenem cruce tollis & igne,  
Te dignabatur qui vocitare patrem.  
Anne ut nemo tue genitum de sanguine credat?  
Imò ipso hoc cunctis creditur esse tuus.

XXXVII.

Dum jugulas natum, né te ferat ore parentem,  
Hoc facis ut nemo non ferat ore Patrem.

XXXVIII.

O monstrum! tollis qui patrem dicere nolunt,  
Quiq; volunt Patrem dicere, tollis item.

XXXIX.

Qui sobolem in propriam sedit cruce, sedit & igne,  
Queinam alijs queso mitior esse queat.

XL.

Qui natum leto proprium malè mulctat, is hercle,  
Quid sperare habeat, non sua turba, docet.

XLI.

BORGHESIUS.

Pendeo, dic qui sis? pater est mihi Papa. quis ille?  
Romanus. quonam nomine? Borghesius.  
Qui factum? me non agnovit, quid? nothus ergo es;  
Immo. legitimâ conjuge Papa caret.  
Sed cur conflagras flammis? id moris habetur,  
Ut quem Papa neget noscere, flamma boret.

XLII.

Quantum Papa meam matrem dilexit & arsit,  
Hoc ego qui per dor filius igne, probo.  
Ignea patris erat toties repetita voluptas.  
Hinc gnato mors, hinc ignea fata manent.

Eripuit



XLIII.

Eripuit flammis Anchisen filius, ille  
Qui tibi fundator Roma futurus erat:  
Abripuit flammis gnatum Borghesius, ille  
Qui tibi destructor Roma futurus erit.

XLIV.

Fertur Palladia formatos arte Prometheus  
Cœlesti natos flamma animasse suos:  
Paulus, vitalem vitam qui contulit ante  
Borghesio, flamma destruit illud opus.

XLV.

Borghesium quisnam veterum neget urbe Quiritum  
Exisse, ac horum fortia facta sequi?  
Insiluit flammis Et ineluctabile sulphur  
Curtius, insiluit non minus ille quoq;  
Victima lugubris cadit hic, cadit ille, salutem  
Morte sua hic patrie vindicat, ille patri.  
Hoc uno saltem variant discrimine: quod se  
Sponte suâ hic perdit, ille jubente patre.

XLVI.

Papa suam sobolem lethali mactat in igne,  
His epulis mensa ut Pontificalis obet.  
Tantale gaudeto, mox fercula dempta resumes.  
Hoc qui te superet crimine, Paulus adest.

XLVII.

Cur Papa se patrem dicentem perdidit igne?  
Scilicet ut posset, noluit esse pater.

XLVIII.

Scilicet ut subum purgatur in ignibus aurum  
Crimina sic purgat Gallica flamma Papa.

Peccabit



XLIX.

Peccavit Papa. Borghesius cur plectitur insons.  
Sic facinus patris cogere nate pati.  
Sic quoq; fert matris crimina nata sua.  
Sic merita nato verna rubet scutica.  
Sic quod deliquit filia serua gemit.

L.

Morem hunc Indus habet, si quem sortitio regem  
Fecerit, & domino scepra nobo dederit,  
Quos habet ille sibi consanguinitate propinquos,  
Cecos erepto lumine utroq; facit.  
Paulus, ubi imperij data magna corona superbi,  
In nato ante alios hoc cupit esse ratum.  
Barbara quin imo scela haec Papa crimine vincit,  
Unà cum vita luminis usum adimit.

LI.

Quem dedit ante Venus, Veneris nunc, Paule, marito  
Borghesium reddis, nonne amor ille calet?



CENO.





CENOTAPHIUM  
BARTHOLOMÆI  
BORGHESII, IN QUEM  
NUPER ULTIMO LAQUEI  
ignisque supplicio scæviturum est Lutetiæ  
Parisiiorum die XXII mensis No-  
vemb. cIo Io cviii.

Quod se diceret filium Papæ,  
qui nunc sedem occupat  
PAULI V.

**N**E quere nomen tu, nefandum ne audias,  
Quod me perire fecit. O pereat malè  
Nomen! quod ipsum vita dum negat mihi  
Invito, iniqua mors dat ecce posthumum.  
Aere pependi, post crematus ignibus  
Deinde est in auras sparsus atq; aquas cinis,  
Et sic jacens ubiq; jaceo nullibi:  
Quæ est dicta demum pœna Papæ filijs.  
Vos sapite Reges, & cavete dum licet.

DIRÆ ΔΙΚΗ.

**A**ldite Reges Principesq; ceteri,  
Regumq; tu Rex magne, Princeps omnium  
Cujus severa lege factus est nocens,  
Reusq; mortis, qui susurro clam levi

Se jact-



Se jactitabat patre prognatum sacro,  
Quem Roma Papam nunc tuetur & stupet  
Dum innominata perambulat cubilia,  
Huic fracta cervix quod truci suspendio,  
Crudelibus cadaver ustum quod rogis,  
Factum videri jure si vobis queat,  
Vosq; approbetis voce seu silentio,  
Ista fuisse abominanda victima,  
Sæva litatum & efferæ libidini  
Immanis hujus seu Quirini seu Jobis  
(Nam uterq; parricidio est factus D E U S,)   
Ut ritè posset expiari scilicet  
Tristi cruore crimen hoc nefarium,  
Quo hujusce diri filius dici D E I  
Ambivìt iste debitus pesti puer,  
Natus malo ovo, avi mala & malo omine,  
Ut qui sui ortus & obitus infamia,  
Non expiandis impiet patrem notis:

Vos Principesq; Regesq; quæ pœna manent?  
Ultrix Megera quas parat vobis cruces?  
Quotquot madetis fascinato à poculo,  
Vobis propinat quod bibendum funditus  
E Vaticano Augusta meretrix formice.  
Nam vos tueri quæ poterit exceptio?  
Orbi illa quando fulserit suprema lux,  
Bonis cupita sed tremenda noxiis:  
Cum jam innocentis hujus in cæusa gravis  
Seu rem probatis voce seu silentio,  
In vosmet ipsos vos trucem sententiam,  
Sontes feratis ipsi, & horrendi nimis  
In capita vestræ legem atrocem criminis

Dicle-



Dicitis illi iudici ter maximo.  
 Natura quippe qua imperat vera eloqui,  
 Hunc si coegit prodere infandum genus.  
 Sed vos furente mentis aestro perciti,  
 Nulla necessitate, nullis legibus  
 Bonis, adacti spontis impetu suae,  
 Ambitione prava et impotentia,  
 Spei insolentis, pertinacis et metus  
 Foede incitati, dum veterinoso in situ  
 Lascivientis immodeste ignavia  
 Pudenda vobis vita praterlabitur,  
 Uni litantes inguini, obsiti stupris,  
 Probrisque inuncti, vos licentius vagae  
 Vestrae ut daretis praestitem libidini  
 Deum, cui lupanar adeo pro sacra est,  
 Illumque votis invocaretis Patrem,  
 Omni pudore, numinisque vindicis  
 Horrore abacto mancipati amentia:  
 Ex disciplina insanientis seculi  
 Vos execrandis devovetis ritibus,  
 Romana ut audiatis (horreo dicere  
 Nefanda rerum monstra) filij Lupae.



EPI-



## EPIGRAMMA ALIUD.

*Rege sub Henrico Quarto quia Gallia nullos  
Incendi facibus spectat, ut ante, rogos;  
Paulus uti renovet veteris vestigia flammæ,  
Comburi natum precipit ipse suum,  
Hereticos terrens. quis enim non horreat hostem,  
Quem propria suboli parcere nolle vides?  
Nec tamen hæreseos fuit hæc rea, namq; ubi nulla  
Religio, ut Romæ est, hæresis esse nequit.*


## ALIUD.


### BURGHESIUS LOQUITUR.

*Burghesius quando renui mentirier, atq;  
Pontificem Patrem dissimulare meum,  
A Scofosiotorum sectâ sum morte peremptus  
Infami: laqueo strangulor, igne cremor.  
Vixissem, mihi si Æquivocatio nota fuisset.  
Posthac qui sapitis discite falsa loqui.*

FINIS.







Jü 2144


ULB Halle  
007 375 794

3



TA → a

1077 ME





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

B.I.G.

Farbkarte #13

